



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi
coadiutoris**

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

Explicatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

CANTVS II. VERSVS VI.

In hoc tam perfectæ vitæ statu, semper anima veluti festiua incedit & iucunda, ac ingenti quodam perficitur Dei iubilo, & veluti nouum quoddam semper percipit canticum, lætitiâ, amore, ac excelsi status sui notitiâ permixtum; Et interdum exultans in illa lob verba in spiritu suo prorumpit. *Gloria mea semper inuouabitur, & sicut palma multiplicabit dies.* id est, non permittet *Dav*s veterascere, sicut prius gloriam meam: & ipse dies meos multiplicabit (hoc est merita mea vsque ad cælum) sicut palma germina sua. Quidquid tandem Psalmo 29. dicit Dauid, cantat ipsa intra se Deo, præsertim verò duos illos postremos versus scilicet: *Conuertisti*

placitum meum in gaudium mihi, concidisti secum meum, & circumdedisti me lætitiâ: vt cantes tibi gloria mea & non compungar (in hoc enim statu nullus illam attingit dolor) *Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.* Experitur namque hic anima, tam sollicitum Deum in se delicijs demulcenda, adeoque pretiosis, delicatis ac euisceratis se verbis magnificari ac sublimari sentit; iamque vnum, iam alium ab eo recipere fauorem; vt videatur illi, nullam aliam in mundo superesse animam, cui blandiatur, & quâ oblectet, nec aliqua alia re occupari, sed totum illum esse pro illa sola. Et sic ipsa rem hanc in Canticis fateatur dicens: *Dilectus meus mihi & ego illi.*

Car. 2. 16

CANTVS TERTIVS.

CANCION III.

SENSVS.

*O Lamparas de fuego!
En cuyos resplandores
Las profundas cavernas del sentido,
Que estaua escuro, y ciego,
Con estranos primores
Calor, y luz dan junto a su Querido.*

*O Lampades ignita
In quarum fulgoribus
Profunda sensus caueria
Obscure prius ac cæci,
In consuetis excellentijs
Calorem lucemque simul suo præbent dilecto.*

EXPLICATIO.

Summè nobis est hic necessarius fauor diuinus, ad Cantus huius profunditatem Sexplicandam, magnaue requiritur Lectoris attentio: nisi enim rerum istarum experimentum habeat, non mediocriter obscura, illi erunt ea de quibus in Cantu isto differitur: sicut è contra, si ista experientia sibi sunt comperta, manifesta illi erunt & iucunda.

In Cantu isto intimas refert gratias anima Sponso suo, pro ingentibus donis, quæ per vnionem cum eo consecuta est: præsertim quia vnione ista mediante, multas sublimissimasque sui ipsius notitias contulit illi, quibus illuminatæ, amoreque inflammatæ ipsius potentia, & sensus, qui ante vnionem hanc obscurus erat & cæcus; Amoris calore ad correspondendum dilecto illustratur, quod & faciunt, eandem ipsam lucem & amorem ei qui eas adeo, diuinorum donorum infusione, amore inflammavit offerendo. Verus siquidem amans, tunc contentus satisfactusque est, cum quidquid est, & valet, & valere potest, & quidquid habet & habere potest, impendit dilecto, & quo istud maius ac præstantius est, eò libentius illud tribuit.

Veri amā
iū proprio
sac.

Pp 2

VER.

minis
ruce

era
stica

VT

20